

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Casparus Mauritius, SS.
Theol. D. ... ad Exequias, Quae ... Christiano Kellermanno, Notar. Publ. & Aerar.
publ. Provincial. quondam praefecto integerrimo, Hodie ... parantur, Omnes
omnium ordinum Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1651

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771233728>

Druck Freier  Zugang

Mauritius, C.

in C. Kellermann.

Rost. 1651.

6.

PROGRAMMA
Quo
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
CASPARUS MAURITIUS,
SS. Theol. D. ejusdemq, P. P. & Eccles.
ad Exequias,
Quæ
Venerando, Doctissimo & Prudentissimo Seni
DN. CHRISTIANO
KELLERMANNO,
Notar. Publ. & Ærar. publ. Provincial.
quondam præfector integerrimo,
Hodiè ad horam primam in templo Mariano
parantur,



Omnes omnium ordinum Cives
academicos officiosè & dili-
genter invitati.

• 6 (0) 9 •

ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. LI.

Nter omnes status, qui Deum agnoscunt authorem, nullus est antiquior status conjugali. Hic enim in ipsis primordiis, cum nondum vitiasset primos parentes detestanda labes, coepit, Seminarium statuum reliquorum. Etenim absq; conjugio esset nec inter parentes & liberos societas, nec ordo imperantium & subditorum ullus futurus fuisset. Quam ergo frontem iis dicemus, qui cum nihil horum ignorare possent, in Ecclesia quippe pleriq; educati, suæ tamen malignitatis aculeos expromere non dubitaverunt aduersus sacratissimum hunc & venerandum statum? De Encratitis loquor, de Marcione, Secundo, Tatiano, Montano, Manichæis monstris illis hominū, & hereticorum pestilentissimis. Quos tamen ipsos minus miramur conjugio iniquiores fuisse, homines fanaticos & vertiginis spiritu actos. Tertullianum miramur & Hieronimum, Patres doctissimos, quorum uterq; consuetudinem conjugalem vocare haut erubuit *communem consumeliam*. Cæterum rationes assertionis tam audacis si inspiciantur & sub incudem revocentur, deprehendentur sanè illæ minus validæ, ne dicam nugatoriæ & perquam ridiculæ esse: puta, non inducendos in mundum alios tam misere infelices futuros, adulterium committere eum qui mulierem concupiscit, multo ergo magis eum, qui dicit, conjugio impediri orationes Christianorum, qui tamen esse debeant indesinentes Christianum non duxisse uxorem, ergo [nec Christianis], qui ad perfectionem adspirant, ducendas uxores, & si quæ sunt hujus furfuris alia, indigna profecto seria responsione, & ab Ecclesia prisca merito rejecta atq; damnata. Cum enim conjugi dignitatem & honestatem ipsis solis ratus in-

diis inscriptam esse sacro codici animadverterent, no-
luerunt, quod à Deo purissima mente profectum esset.
spurcissimo spiritui adscribere & impunitatis damnare.
Contendebant homines malesani, in conjugio nullam
esse posse castitatem, sed recticera docti Patres orthodo-
xi honorabiles esse nuptias cum Apostolo dixerunt, rati con-
suetudinem conjugalem esse τωφερόννη pudicitiam & castita-
tem, sicut pronunciavit Paphnutius Confessor in celebri
Synodo Nicæna. Augustinus castitatem conjugalem & pu-
dicas nuptias appellare haud dubitat, non primas tantum,
verum etiam secundas & tertias. Sic enim loquitur
lib. de fide ad Petrum: *Quia agitudo semper consulendum*
est, proprieas si contigerit primo privari conjugio, si voluerit se-
condas vel tercias iniire nuptias nullum de illis peccatum habebit,
si eas castè servarit. Idem de Virginit. cap. XLIV.
Quis nesciat obedientem mulierem inobedienti virginis proponendam: Sed quando ambae sunt obedientes præceptu Dei, itane
sanctam virginitatem etiam trepidabis castis nuptiis & con-
tinentiam preferre connubio? Imo vero non dubitet hanc rem
illi rei proponere. Hic tamen vel hæc virgo obediens & Deum
timens illi vel illi mulieri obedienti & Deum timenti se ante-
ferre non audeat: alioqui non erit humilis, & Deus superbis
resistit. Hæc Augustinus rectè. Neq; enim diffitendum
cum, qui sine conjugi vivere potest, majori à Deo orna-
tum esse dono, minoribus esse objectum incommodis,
exemptum esse illi ἀνάγκη, θλιψὶς ἐν οὐρανῷ, νοσήσιμαι βιωτι-
και, de quibus Paulus agit i. Cor. VII. Benè Gregorius
XII. Moral. Bonum est conjugium, sed mala sunt, quæ cirea il-
lud ex hujus mundi cura succrejeunte. Dum ergo tenetur, quod
non nocet ex rebus juxta positis, committitur plerumq; quod nocet.
Sicut sœpè rectum mundumq; iter pergitus, & tamen ortis juxta
viam veribus per vestimenta retinemur. In via quidem munda
non offendimur, sed à latere nascitur quo pungamur. Hactenus

ergo melior conditio cœlibis , quam conjugis : neq; ta-
men ille propterea efferri animo debet , aut opinionis
errore fingere sibi satisfactiones pro peccatis , merita re-
missionis peccatorum , gratiæ Dei salutis & vitæ æternæ.

Hoc faciunt stulti , quos gloria vexat inanis .

Hos repressurum Concilium Gangrense Can. X. sic sta-
tuit : *Si quis ex his , qui virginitatem propter dominū servant , ex-
zollitur adversus conjugatos , anathema sit .* Id quod sibi dictum
putabunt Pontificij , & si sapiunt , nugas exuent inverte-
ratas. Nobis sedet , cœlibem statum sic elogiis commen-
dare , ut nihil inde detrimenti sentiat status conjugalis.
Illum præferendum esse censemus secuti Apostolum ut
liberiorem piis & commodiorem , sed illis qui ad subli-
me hoc propositum à Deo sufficienti dono sunt instructi:
hunc alii commendamus , qui non tam sublime , quam
tutum vitæ genus sectantur , suisq; congruum esse ratio-
nibus arbitrantur Quod si quis præsentia spectet tempo-
ra , ferrea illa non aurea , planissimè confitebitur melio-
rem & beatiorem esse cœlibis quam conjugis sortentur
Quidni ergo beatum quoq; prædicemus nostrum pie
defunctum , Senem Venerandum & Doctissimum Dn.
CHRISTIANUM KELLERMANNUM ,
Not. publ. & ærario publico Provinciali quondam præ-
fectum , qui totam vitam cœlibem transegit , ut Deo &
proximo liberius & commodius intervire posset , mor-
tuum sine motu sine metu , sine curis mordacibus ibi q;
conscientem , unde nibil eum pellat , ubi nul terreat . Cujus curri-
culum vitæ sicut id accepimus à p. defuncti sororis filio ,
Viro Clarissimo & Experientissimo Dn. JOHANNE
BACMEISTERO , Medicinæ Doctore eximio , ami-
co nostro pl. colendo , hic duximus exhibendum & re-
prætentandum. Natus est noster pie defunctus Anno se-
culi superioris octuagesimo primo , **XXIV.** Decembris
circa

circa septimam vespertinam honestissimis in hac Urbe
Parentibus, Patre Viro Amplissimo & Consultissimo
Dn. JOHANNE KELLERMANN O. primum
Protonotario Judicij Provincialis meritissimo, deinde
Consule hujus Urbis dignissimo: Matre Matrona opti-
ma & piissima DOROTHEA Jünglings. Avum Pa-
ternum habuit JOHANNEM Kellermann/ Civem &
Cerevisiarum in hac civitare integerimum; Aviam
vero Paternam ANNAM Risen/ ex familia olim præci-
pua Beselerorum, quorum aliqui Consulari, multi Sena-
toria dignitate in hac Republ, conspicui fuerunt, oriunda.
Avus maternus ipsi fuit Vir prudentissimus Dn.
BERNHARDUS Jüngeling, Domini NICOLAI
Jünglings / Consulis quondam Neobrandenburgensis
meritissimi Filius, qui à teneris Ducis JOHANNI AL-
BERTO & Ducis Udalrico felicissimæ recordationis
Principibus, primo in aulis, deinde in obsidione Haf-
nieni suam fidem & industriam in Secretariatu adeo
probavit, ut tandem rei monetariæ Illustrissimorum
Megapolensium in opido Gadehusch / nec non Civitatis
Wißmariensis præficeretur. Avia vero materna ELI-
SABETHA Kupferschlägers / ex Westphaliæ opido
Horn nō incelebri, patre HERMANN Kupferschlägers
Matre vero Gode vocata, oriunda. His majoribus or-
tum Parentes à prima pueritia bonis literis & honestis
moribus imbuī sedulo curarunt nihilq; omiserunt, quod
ad excolendam ipsius indolem & divinitus concessa.
Ingenij dona exsuscitanda & perpolienda pertinere ar-
bitrarentur. Adulterio factus, cum prædictus Dn. Consul
KELLERMANNUS Anno M. D. XCVI. XXIX.
Augusti Civitatis nomine ad coronationem Serenissimi
quondam ac Potentissimi Daniæ Regis Christiani IV.

excellentissimæ memorie Principis, Haffniam mittetur, Filium hunc suum charissimum Christianum ad spectandum actum illum eminentissimum secum ire voluit. Domum reversus postquam in Schola Patria sub optimis & doctissimis Præceptoribus bonarum artium & lingvarum fundamenta feliciter jecisset, in hac Academia Juris studio operam dedit, in quo cum non infeliciter progredi cœpisset, Patre interea è vivis sublato, primum Helmæstadium ad Academiam Julianam profectus est, hinc Dresdam & tandem Lipsiam pervenit. Hic cum studiorum gratia commoraretur, animum ad artem Notariatus appulit, ut usum forensem & civilium négotiorum praxin paulatim addisceret: in qua re brevi tantum profecit, ut à Dn. D. Bachtio Comite Palatino Notarius Publicus crearerur. Quo immunere cum domi & foris summa cum dexteritate verfaretur, tandem propter judicij rectitudinem, fidem, industriam, taciturnitatem ærario publico provinciali præfectus est, in quo officio administrando nihil ad summam diligentiam fecit reliqui. Civitatis causa cùm solus tum una cum aliis Dnn. delegatis arduas legationes obivit, & ante biennium & quod excurrit, à suo cognato Dn. D. & Consule NICOLAO Scharffenberg/ in comitatum adscitus noster piè defunctus ad Coronationem Serenissimi & Potentissimi Regis Daniæ Friderici III. Dnn. delegatus associatus est. Etsi autem ob ingrayescensem ætatem valetudine afflictior esset, omnes tamen actiones suas, omnia consilia ad communem patriæ salutem & tranquillitatem direxit, eiq; fidelelm operam navavit. Matris suæ charissimæ p.m. continuis ferè cum morbis conflictanti per XXIX annos omnia filialis amoris & obsequii officia præstitit, Sororibus

ribus suis , in primis Sorori SOPHIAE Dn. D. MATTHÆI BACMEISTERI, Physici quondam Luneburgensis p. m. relicti viduæ ejusq; liberis Mariti & Parentis instar per XXIV. annos usq; ad extreum vitæ habitatum tanta cum diligentia & fide præfuit , ut non Fratrem, non Avunculum sed Parentem se amississe summo cum mœrorie animi profiteantur, sicq; ALIIS INSERVIENDO ipse CONSUMTUS est. Semper in ore habuit: DEO ET PROXIMO. Tandem vitæ & annorum satur morbo ingrevescente viatico corporis & sanguinis Dominici instrui desideravit. Quod ipsum ubi ipso die Dominico Reminiscere ministerio Viri Reverendi & Clarissimi Dn. M. NICOLAI RIDEMANNI, Ecclesiastæ Marianæ dignissimi, Collegæ nostri amicissimi ex voto accepisset, triduo post, nempe XXVI. Febr. hora prima pomeridiana placide in vera Dei agnitione & invocatione obdormivit, & vitam cum morte feliciter commutavit , annum agens septuagesimum. Excepit illum magna & aeterna pax: non paupertatis metus, non divitiarum cura , non libidinis per voluptatem carpenus stimulis incessitur, non invidia felicitatis alienæ tangitur, nec sua premitur , nec conviciis quidem ulia verecundæ aures verberantur : nulla publica clades conspicitur, nulla privata : non solitus futuri pendet ex eventu semper in deteriora dependenti , ut mihi de suo hæc Seneca largiat, homo Ethnicus, qui si obfirmare animum hac ratione potuit adversum fati hanc legem, quid nos facere parest, divini verbi clarissima luce illustratos ? Agite ergo Vos superstites, pië defunctinostri memoriam non sine acerbi doloris sensu recolentes, cogitate, non mortuum esse sed vera & æternum duratura vita donatū.


Nostis

Nostis illa Senecæ: Et in infinito dolore cum aliquem ex cæsissimū amiserū,
affici, stulta indulgentia est: & nullo, inhumana duritia. Optimum inter
pietatem & rationem temperamentum est, & sentire desiderium & opprime-
re. Omnis vita supplicium est. In hoc profundum inquietumq; projecti mare,
alternis astibus reciprocum & modo allevans nos subiectis incrementū, modo
majoribus damnis deserens, assidueq; jactans nunquam stabili consistimus
loco: pendemus & fluctuamur. & alter in alterum illudimur. & aliquando
nausfragium facimus, semper timemus. In hoc tam proceloso & in omnes tem-
pestates exposito mari navigantibus nullus portus nisi mortuus est. Ne itaq; in-
videte piè defuncto: quiescit, tandem liber, tandem tutus, tandem aeternus
est. Non injuriam vobis fecit Deus quod Kellermannum vestrum amisisti.
Sed beneficium datum, quod tamdiu pietate ejus licuit vobis uti. Iniquum est,
qui munere sui arbitrium danti non relinquit: avidus, qui non lucri loco
habet quod acceperis, sed damni quod reddidit. Ingratus est, qui injuriā vocat
finem voluptatis: stultus, qui nullum fructum esse putat bonorum, nisi præsen-
tium; qui non & in præteritis acquiescit, & ea judicat certiora, quæ abje-
runt, quia de illis ne desinant non est timendum. Nos sic statuamus, certiora
esse ea, quæ futura in cælis nos manent, quia de illis, ne desinant, non est
timendum. Cum autem exuviae corporis hodie matri communi terræ
honesto sepulturæ ritu sint reddendæ, à vobis: Omnium ordinum Cives
Academici, studiosè & officiosè contendimus, ne gravemini frequentes
convenire & honorifica funeris deductione vestram in demortuum pie-
tatem & in superstites propinquos mœstissimos, totamq; adeo familiam
inclitam benevolentiam & observantiam contestari. Inter eundem illud
Senecæ meditamini: Vivere tota vita descendū est, & quod magis mirandū,
totu' vita descendum est mori. Quod vos in primis ferocientes, lascivientes, &
v. stro vitio pravaq; educatione viles animæ ad animum admittite. Error
est, non putare ad mortem nisi senes inclinatosq; jam vergere, cum illo insan-
tiastatim & juventa omnisq; etas ferat. Ipse vestra incrementa, si bene
computetū, damna sunt. P. P. Rostochij sub sigillo Rectoratus
nostrī VII. Mart. Anno M. DC. LI.

Conveniens fieri in aede Mariana hora prima;

(o)







circa septimam vespertinam honestissimi
Parentibus . Patre Viro Amplissimo &
Dn. JOHANNE KELLERMAN
Protonotario Judicij Provincialis meritissimo
Consule hujus Urbis dignissimo: Matre
Anna & piissima DOROTHEA Jüngling
ternum habuit JOHANNEM Kellerman
Cerevsiarium in hac civitare integerrimu
vero Paternam ANNAM Risen / ex famil
pua Beselerorum, quorum aliqui Consular
toria dignitate in hac Republ, conspicui fu
da. Avus maternus ipsi fuit Vir prude
BERNHARDUS Jüngling, Domini I
Jünglings / Consulis quondam Neobran
meritissimi Filius, qui à teneris Duci JOH
BERTO & Duci Udalrico felicissimæ
Principibus, primo in aulis, deinde in ob
nienti suam fidem & industriam in Secr
probavit, ut tandem rei monetariæ Illus
Megapolensium in opido Gadebusch / nec
Wismariensis præficeretur. Avia vero m
SABETHA Kupfferschlägers / ex West
Horn nō incelebri, patre HERMANN &
Matre vero Gode vocata, oriunda His
tum Parentes à prima pueritia bonis lite
moribus imbuī sedulo curarunt nihilq; om
ad excolendam ipsius indolem & divini
Ingenij dona exsuscitanda & perpolienda
bitrarentur. Adultior factus, cum prædicet
KELLERMANNUS Anno M. D. XC
Augusti Civitatis nomine ad coronatione
quondam ac Potentissimi Daniæ Regis C

A 3

